



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Manna Animæ Sev Exercitium Facile Simul Et Fructuosum  
Illis, Qui Quoquo Modo Vacare Orationi Desiderant**


**Segneri, Paolo**

**Dilingæ, 1699**

XXIII. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48281](#)

Cesset propria voluntas, & in *infernus* non erit. ita si voluntas propria unquam pedem figere in *Paradiso* posset, nec *Paradisus* esset, quia non amplius regnaret quies illa summa, quæ ibi triuipiat, quatenus iræ non inventur nisi una sola voluntas *Divina*. *Vocaberis*: *voluntas mea in ea*. Isa. 6. v. 4. nōn esse cupis, quare cor tuum, cùm posset esse quidam *Paradisus voluptatis, & pacis*, saepe fias *infernus horroris & confusionis*? inest illi propria voluntas. *Confunderetur Irael in voluntate sua*. Os. 10. v. 6.



## XXIII.

*Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.*

Considera, omnem Patrem, uti merito à filiis exigit obsequium eorum, si constitui hæredes velint, et, quo commodius tale obsequium impetrant, provide de alimentis quotidianis debore, maximè quando ne per te dirissimus es, ipsi vero penitenti. Portò quis ditor inveniri post Patrem nostro coelesti, & qui filii sine ipso gentes magis, vel, ut melius dicim, mileri magis & mendici, quam quicquid nostrum? Itaque ut securum terreddar, ab hoc magno Patre tuo præbenda semper etiam tibi omnia alimenta, quibus opus tibi fuerit, ecce ut hic Christus, postquam tres primas positiones absolvit, que in cœlo tan-

Ggg gg ; est,

est, quod verba ista *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie* quidam interpretentur de alimentis spiritualibus, cùm panis, quem unus Evangelistarum quotidianum vocat, ab alio dicitur supersubstantialis: alii è contrario interpretentur de corporalibus, cùm panis ille, quem unius Evangelistarū supersubstancialē vocat, ab alio dicitur quotidianus. alii denique interpretentur utroque sensu, cùm vocabulum ipsum in radice Græca, unde derivatur, utramque significationem admittat quotidiani & supersubstantialis, quorū sententiam ut certiorēm etiam tu sequeris intelligendo per panem utrumque tam corporis alimento quā anima, cùm quia bonus Pater utrumque dare tenetur, cùm quia probus filius petere utrumque debet, cùm quia verba omnia, quibus præsens formatur petitio, æqualiter appetari utrique possunt. *Tu DEUM roga*, ut det lumen cognoscendi bonum tuum, ne, dum à DEO hunc panem petis, illum petas, ut jumenta sum pabulum.

2. Considera imprimis verba ista nobiliore sensu, h.e. eo, qui determinat ad alimenta spiritualia. quid videbis? videbis illa hic comprehendī nomine *Panis*. primò quia istorum alimentorum præstantissimum est cibus ille Eucharisticus, qui hoc nomine maximè notatur. *Hic est Panis, qui de celo descendit*. Jo. 6, v. 59. deinde quia hoc ipso nomine exprimuntur cetera omnia ejusmodi alimenta, uti sunt exempli causā verbum DEI, solatia, qua o-

rationem comitantur, lumina, lucimæ, & præ omnibus auxilia grata, quæ dicimus actualia, que in seculo incitamenta nos redditum idoneo ad exequendum facile voluntatem Domini, & in ea aquiescendum. Ibi vero hinc alio nomine non petuntes quod *Panis*, non quod in se non similitudina, sed quia ut talia petere non potest, sed tantum ut apud ad conservandum spiritum, & conservatorem *Panis cor homini confirmat*. N. 32, v. 15. Et haec ratione enī ut Dominus ante omnia sustulerit appetitum immoderatum, qui multis modis accipere *Panem*, additur destristrum, & ideo additur, ut non more rapacium anhelare ad partem alienum, sed contenti summae proprio, hoc est, qui statui nostro locutus. Vides fortè oculis parvulus aliorum quotidianum admodum synaxis accessum, ab eodem emittit arbitrio iis concessum, qui habebi negat. invides sublimiora dona rationis, quæ advertis in aliis, dilectiones, intelligentias, ne dicamus extases, raptus, revelationes, nunc verò prodigiosa quedam Graecia xilia, quæ DEUS tibi non porrigit, ve quia non mereris, sive quia conditioni statutis non convenient, hoc est solùm petere panem tuum, illuc contentus, quod DEUS dare vult, sed tanquam conveniens, nec angustiatur de ipso, quod alii de panis farina, tibi verò de furtu. *Panem nostrum*, & tertium ad-

Quotidianum, hoc est, qui quotidie sumuntur, non quod hæc omnia sint alimenta necessariæ quotidie sumendum, sed quia solent quotidie accipi salutem deudorio. & talis est Speciarium Panis Eucharisticus, qui à te pariter sum quotidianæ potest, si non ipso Sacramento, saltem ejus desiderio, prout Christus ipse fecit, qui triginta tribus annis desideravit tantum: Desiderio delevavi hoc Pascha manducare vobis omnes, antequam patiar. Luc. 22. v. 15. non omne Pascha, sed hoc, in quo scilicet instituit laetissimam Eucharistiam, & ut incredibile est, primus ipse sumpsit, ut sibi se ipso dignum pararet hospitium. Pueri consummaverunt caro & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem. Heb. 2. v. 14. Quodsi pacem istum malis vocare superficialem, quam quotidianum, jam noli, quare hic appelletur. quia scilicet ad nutriendam substantiam præcipuum hominis, hoc est, spiritum pertinet. Dein quanto loco sequitur *datu*, ut hinc magnam haurias fiducia, qui pereat oportet alimenta à Patre cum bono. Dicendum est *da*, non *dime*, quasi sic omnino loquimur. alimenta non donantur, sed dantur à patre imprimis. solum hinc collige, non idote vivere debere otiosum, verum siquidem est Patrem opulentum libenter dare alimenta liberis, quando ipsi per se nihil habent, sed non ita, cùm videas eos stare otiosos, & pigritiâ disfluere, nec ullâ in re velle rem adjuvare domesticam. & æquum tibi viderit, ut DEUS quotidie te pascat cibo Eu-

charistico, solatia largiatur spiritualia, lumina, lachrymas, & abundantiam auxiliorum non vulgarium, dum tu illi nullum præfas servitium? ista sunt, quæ animum discordant, alimenta perttere, & non laborare. Si quis non vult operari, nec manducet. 2. Thess. 3. v. 10. Quinto denique dicitur *Hodie*, hoc est, *ad hunc diem*, ut retundatur cura nimia, quæ te facit de futuro sollicitum. sèpè despontes animum, nec satiste impendis vitæ spirituali ex metu, ne brevi te destituant illa solatia, quæ initio illam reddunt tam suavem. Non sic agas. solum attende *ad hunc diem*, unde Christus dicere nos docuit *Hodie*. cras de illo crastino cogita, porrò quis dicet tibi, an crastinâ sis supervicturus? Nolite solliciti esse in crastinum. Mat. 6.

3. Considera, verba ista hic expensa eodem modo facilè aptari alimentis, quæ referuntur ad sustentationem corporis. I. dicuntur *Panis*, quia si nec in spiritu sunt querendæ deliciae, quanto minus in carne, quæ forte post triduum vialis erit esca vermium. Verum est, panis nomine non solum panem intelligi, sed quidquid Hebreæ phrase pro cibo sumitur. *Vocate eum, ut comedat panem*. Exod. 2. v. 20. imò quidquid necessarium est, quoconque modo ad vitam conservandam: *Qui auferit in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum*. Eccl. 5. 4. v. 26. sed peccatur panis nomine, ut meminerimus, quemadmodum non solemus nimium panis manducare (cū rarissimè manducetur ad oblationem gulæ)

gulae ) ita faciendum quoad omnia terrena bona, quæ postulamus à DEO, nec ista intemperanter usurpanda. Uttere quasi homo frugi his, qua tibi apponuntur. Eccl. 31. v. 19. II. dicuntur noster, *Panem nostrum*. quia de hoc ipso pane, quem ante diximus, non est perendus nisi noster. *Panem nostrum comedemus*. II. 4. v. 1. Siquidem nimis multi sunt in hoc mundo, qui Panem expertum alienum, quod si nec in Pane spirituali heri convenit, minùs in corporali, qui adeo coarctatur. III. Dicuntur Quotidianus, *Panem nostrum quotidianum*, ut intelligas non esse faciendum ad instar epulorum, qui eisdem non furantur, ceterum cumulare student, quantum satis sit pluribus akendis familiis, quibus nullus est in cibo parando labor. *Argentum ibesaurizant & aurum*, & non est finis acquisitionis eorum. Baruc. 3. v. 18. Hoc non est velle alimenta, sed redditus. Si præterea nōesse velis, cur panis iste, qui significat alimenta corpori destinata, non solum quotidianus, sed & super-substantialis appelletur, causa est, ut discas, quis sit unus, ob quem hæc ipsa alimenta à magno Patre tuo perenda sint. Non sunt petenda, ut corpus duntaxat conserves, que est substantia inferior, sed sunt petenda, ut corpus iis conservatum, firmatimque serviat spiritui, que est substantia superior, adeoque supersubstantia vocatur. IV. de hoc pane dicitur: *da nobis*, non dicitur *dona*, quia hæc ipsa bona corporis, si solum ut alimenta pertinentur, & quidem relata ad finem tam bonum,

qualis est, ut corpus servans p̄cum fiducia perenda fute, an in fine fortè DÉUS debita alimenta neger ut filio, dum ea etiam beneficē cedit? *Dat jumentis escam iheros & pullis corvorum invocantibus Ps. 146. v. 9.* o quantam illi heretiā, dum parūm confusus ut quæreris illicitas, sufficit, ut indea promereri gerendo te pro filio matris otioso. ceterū illi suppetunt modite alendi. V. dicitur finaliter, dicitur etiam quoad istud almentum, primò ut intelligas quoniam currēdum ad DÉUM, prout filii bene morati, qui non paup̄rum sumunt ex abaco, sed perunt hinc, deinde ut petas sine solicitude crastinum. sicur panem permissim filii, quos modò diximus. si illi hoc peterent pro die altero, ostendens non satis fidere, quories ad nos currēt, toties eundem p̄missim venturos. Manna dabit deus populo in dies: an ideo petas quadraginta unquam defuis?

4. Considera, quomodo in hanc ratione alias tam salubri duo humana genera facilè possint evitare, eis quasi scopulum ex partibus corporis oppositis, sed pariter damnosum, scilicet & pauperes. si dives fuerint tibi scopulum; quia per iudicentur res superfluum fore, si quotidie eorum istam frequentes. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, quod visum tibi est non ad dies dumnum, sed propemodum secula. *Animabes multa bona posita in annis plenioribus*

Luc.12.v.19. Abundant cellaria, abundant horrea, quid igitur necesse est dicere DEO more pauperum; *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, sive per panem intelligantur alimenta spiritualia, quorum copiam habet sive intelligantur corporalia? verum an non agnoscis errorum! si mulcaberis, perdere etiam multum poteris, & momento quidem. Itaque si ut quotidie facilissime potes perdere, quoniam possides, ita quotidie rogans ei DEUS, ut illud tibi conferuat: et alimenteras, sicutus Hesychius, et alimenteras quoniam honeste sustentatio sufficit. Néque ramen idcirco minitanda est forma, & tanquam latrone dicendum DEO: *conserva*, quia DEUS totidem momentis tibi dar, quod possides, quot momentis illud conservat, ne pereat. & deficit, quod optas, necessitas tibi impunitur etiam quotidie sistendi te DEO tanquam miserum, tamquam mendicum, ut petas tantum panis, quantum tibi alendo sit satis. si pauperis, ecce iterum scopulum, sed opiprum, qui erit, si laborare non satiges in lucrando pane tuo quotidiano, sed petendo tantum, certus te obtemperare, quod petis. at numquid ista insignis dementia est? nullus Pater,

dum alit filios, soverē vult otium, ut diximus, sed sublevare, præbendo vires ad laborandum. Neque dicas, si equidem labore in lucrando pane meo quotidiano, quid juvat illum petere? quia nisi peteres, inutilis foret labor tuus. Posset DEUS immittere grandines, imbræ, procellas, quem labores tuos pessimiderent, ita laborare quidem posses sed non lucrari. Cum igitur dicis DEO: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, quocunq; sensu dicas ex his duobus, quos exposuimus, sive in utilitatem spiritus, sive in utilitatem corporis, eà petitione non cupis esse exemptus à lege universalis, quae dicit: *In sudore vultus tui vesceris panetum*. Gen.3; v.19. sed petis, ut sudores tui fructuosi existant, quantum tibi necesse est ad vivendum: patrum enim proderit plantari à te arborum, & rigari, nisi DEUS interiore de celo dederit fecunditatem: *Neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat*, DEVS. i. Cor. 3. Ut adeò videoas, quamcumque dives aut pauper fueris, semper eodem modo verba ista dicenda DEO: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, quorum vi alimenta tibi præbentur..

## XXIV.

*Et dimitte nobis debita nostra.*

*Considera, quomodo Pater, qui ex seipso sumnum meretur honorum, & propter curam meretur,*  
R.P. Pauli Segneri Mama Anima.

quam de filiis haber maximam, non solum quia hereditatem illis paratam præclaram, sed alimenta quoque con-

Hhh hh

grua